



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Antonii Sanderi Presbyteri, S. Th. Licentiati Hagiologivm
Flandriae Sive De Sanctis eius Prouinciae Liber vnus**

Sanderus, Antoine

Antverpiae, 1625

Canvtvs Daniae Rex.

urn:nbn:de:hbz:466:1-10172

adscriptus, non Martyr sed Confessor fuit. Meyerus certe
in Annalibus Flandriæ ad annum 765. refert Rotnaci ob-
iisse B. Cælestinum Scotum Abbatem Blandiniensem,
quem in exiliū Carolus Martellus miserat. Ego quod cer-
to statuam, non habeo. Ut vt sit ex Archiuis Ecclesiæ Rot-
nacensis accepi xvij. Kal. Iunij anno 1167. corpus sancti
Cælestini, ex veteri feretro in nouum, permisso Epi-
scopi Cameracensis esse translatum per Abbatem Eynha-
mensem, eidemque Abbatii tunc datum fuisse caput san-
cti Cælestini. Ita Mirætus.

CANVTVS

Danie Rex.

IN ciuitate Ottonensi sancti Canuti Regis & Proto-
martyris Danorum, qui anno 1086. pro zelo Christia-
næ Religionis à Blacco suo familiari in basilica sancti Al-
bani martyris ante altare manibus solotenis expansis in
modum crueis, in latere est lanceatus, & feriâ sextâ mor-
tem pro Christo passus. Occisi sunt cum eo Benedictus
frater, & alij septendecim commilitones. Porrò Regina
nobilissima Ethla corpus deliberavit ad nativos terminos
secum deducere, sed ostensa indicia hoc non finebant. Et
hæc ex officio Ecclesiæ Roschildenfis. Reliquum histo-
riæ apud Saxoniem legatur lib. 11. Nos memoriam eius
recensemus hoc loco, quia Ethlam, quam nos Adelam
dicimus filiam Roberti Frisij Flandriæ Comitis uxorem
habuit. Ex qua genuit Carolum cognomento Danum &
Bonum, Comitem & Martyrem Flandriæ.

10. Julij.

CORNU

G 3

COLE-

